Num. curr. 1838, Augustus 23a.

pro futuro magis conscientiose adnotet, secus ob similes exag„
geratas positiones gravi animadversione perstringendus.
887. In hodierno Consistorio Illmus Dnus Georgius Girk declaravit:
sibi a Sua Excellentia A-Eppali in commisso datum esse, ut Eius„
dem circa determinandam futuri localis in Csanád anima„
rum pastoris congruam subsistentiam, gratiosam intentionem
coram V. Consistorio, ejusdem hac in re opinionem perquirendo,
uberioris nefors discussionis ergo, proponat nempe: 1o Constitu„
endus in Csanád localis Sacerdos, pro congruo domicilio ha„
beat quarterium Spani Dominalis non solum cum hortulo
extra ipsam Possessionem, verum etiam cum dimidietate horti
a tergo Ecclesiae siti, cujus alteram medietatem Cantor ha„
biturus est, porro eidem cedat totius territorii Csanád tam fru„
gum, quam vini non defecati sedecima, accepturo insuper an„
nue 24 orgias ligni mollis, quod A-Eppale Dominium eidem
praeparabit, et Csanadienses Rño Catholici invehent, non secus,
ac integram sessionem liberam e Sükösdiensi Dominali Terri„
torio excindendam, tam in agris, quam hirundineto eo subne„
xo, quod si suo tempore Possessio Csanadiensis urbariali re„
gulationi subjecta fuerit, pro parte Parochi integra Sessio in„
tegra sessio inde excindatur. Utroquoque constituendus ani„
marum pastor a fidelibus suis, juxta factam coram fide digna
exmissione declarationem ab omni scilicet pari unam metretam
posoniensem tritici, et mediam avenae, nec non 30 xr W. habeat;
interim etiam quoad circa hanc pecuniam aliae in tota Dioe„
cesi dispositiones factae fuerint, et determinatos stolares fru„
ctus habeat. Si autem haec omnia viderentur non sufficere ad
competentem Sacerdotis fati subsistentiam, declaravit Illmus
Dnus Eppus. paratam esse Suam Excellam 3600f. Cm: ad Cassam
Dioecesanam eo fine deponere, ut hujus Capitalis ad securum
locum elocandi census, detracta 10a parte Curatori massae com„
petente, pro congrua futuri Sacerdotis Csanadiensis susten„
tatione inserviat, angariatimque eidem advatur: et haec con„
grua etiam in eum casum si fors census annuus ad 5 fnos devol„
veretur, assecuretur. — Audita cum applacentia horum o„
mnium expositione censuit V. Consistorium Suae Exc. A-Eppali in„
sinuandum venire, sic, ut cuncta recte, et benigne disponenda
haberi ut supra, numerata autem suprafata summa, in
praefatum finem generosa cum liberalitate constituendi Pa„
rochi subsistentiae, provideri. Haec dum agerentur, evocatus
ad Suam Excellam praelaudatus Illmus Dnus declarata V. Con„
sistorii opinione inde redeundo manifestavit, Suam Excellam
V. Consistorii opinioni cum solatio assensisse, adpromisisseque sum„
mam mox sequenti die, i: e: 24 Aug. ad Cassam Dioecesanam nu„
meraturam. Haec nova declaratio inter applausus suscepta, et con„
siderando tam promtam, et generosam A-Praesulis liberalitatem,
properquam solatiosa notitiae statu sumta est, nec aliud superesse
visum, quam, ut his ita dessitis, denominandum in Csanád Parochum Su„
am per Excellam A-Eppalem investiri posse, indicitur.

Die

KFL 2012 e-archivum